procul hinc iubente te domine omnis spiritus im-
mundus abscedat procul tota nequicia dyabolice fr-
audis absistat nichil hic loci habeat contra-
rie virtutis admixtio non insidiando circumuo-
let non latitando surripiat non inficiendo cor-
rumpat. hic tange aquam in modum crucis et f-
ac terciam crucem. Sit hec sanc + ta et innocens cre-
atura libera ab omni impugnatoris incursu et
totius nequicie purgata discessu sit fons + vi-
uus aqua + regenerans unda + purificans
vt omnes hoc lauacro salutifero diluendi op-
erante in eis spiritu sancto perfecte purgacionis indul-
gentiam consequantur. hic benedic fontem non t-
angendo. Unde bene + dico te creatura aque
per deum + viuum per deum + verum per deum + sanctum
per deum qui te in principio verbo separauit ab
arida cuius spiritus super te ferebatur. hic effun-
de de fonte in modum crucis in quatuor partes.
Et in quatuor fluminibus. Q suauitate in-
dita fecit esse potabilem et sicienti populo de
petra produxit hic fac terciam crucem. B
+ dico te per ihesum christum filium eius vni-
dominum nostrum qui te in chana galylee si-
mirabili sua potencia conuertit in vinum
pedibus super te ambulauit et a ioha-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/fragm30/0004
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg